1024 +

Ad Instantiam praefati Magnifici Georgij de Tęczyn Os-
solinski Capitanei Petricouiensis Vel eius Successorum
Ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense
Ex tunc regestu superposito quo ad respondendum spectat
mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam
peremptorio stare, Juri parere, respondere, rigorem praetac-
tum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne
iudicatum pati debebit et tenebitur, Seq. ad suos successo-
res ad eas omnia irremisibiliter obligat ad eundem Terminum primum
peremptorium, Vti et alios omnes exinde Consequentes Cau-
sae eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmi-
tate pro maiori minorennitate successorum, legatione
intra Vel extra Regnum servitio militari, ad munimen-
ta ad Exercitum, Vel aliis quibusuis dilationibus, et legi-
timis impedimentis non differendo, ad quietationem prae-
terea Vltra proximos officij praefati Castrensis Capita-
nealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non reci-
piendo, nullasq. motiones, appellationes ac earum prose-
cutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus
Vel triplicatis Euasionibus, suspensionibus, fatalis Juris
praescriptione Terresti, bello, Contentione, Vel alijs qui-
busuis Juris remediis et defensis non subterfugiendo
nec alio quouis modo euadendo Hac sua praesenti
personali Recognitione ad praemissa omnia me-
diante.

31 | III Feria Quinta post Dominicam Laetare Quadragesimalem proxima

Anno Do

+ 1025

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo.

Religiosus Sielecki Sieleckiemu Donat 1070

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis ac Religiosus Leontij Sielecki Skrebeczowicz ad Ecclesiam Ritus Graeci in Villa Olszaniski Presbyter olim Nobilis Procopij Sielecki Skrebeczowicz filius sanus mente et corpore existens foro suo quovis omisso et Iurisdictione propria penitus Iurisdictioni praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet seque successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Nobilium Iancko Ioan et Wasil Sielecki Skrebeczowiczow fratrum suorum germanorum, pro quorum ratihabitione cavet ac se praesentibus inscribit nomine, bona sua propria et haereditaria infrascripta Videlicet sortes certas, Kanczowskie nuncupatas se Recognoscentem post fata eiusdem olim Genitoris sui et praefatos fratres suos legitime spectant et concernunt, in bonis Villae Sielec Terra et Districtu praesenti Premisliensi iacen. et consisten. cum omni praemissorum Iure Dominio proprietate et haereditate tribus

haereditario, cumque omnibus et singulis bonorum eorundem[a] Utilitatibus, Fructibus, proventibus, reddibibus, commodis, emolumentis et obventionibus, quibusvis, terris agris, sylvis, pratis, campis, [illegible], aquis aquarum decursibus attinentiisque et pertinentiis generaliter Universis, nihil ex praemissis Juris Dominii proprietatis, haereditatis aut cuiusvis Competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisque Successoribus, aut quovis alio reservando seu excipiendo, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et e contra in nullo derogando, Verum ita late longe circumferentialiterque prout praefatorum bonorum seu sortium memoratorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur, et prout eadem bona seu sortes praefata ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque concernebant, ac eidem legitime serviebant. Jam ex nunc et de facto Nobili Ulim Sielecki Skrebeczowicz olim Nobilis Sen Sielecki Skrebeczowicz filio fratris sui Recognoscentis Patrueli eiusque posteris dedit, donavit, inscripsit et resignavit, prout dat, donat, ac titulo purae merae perpetuae ac irrevocabilis donationis inscribit et resignat perpetuo et in aevum irrevocabiliter, necnon de omnibus in genere Juribus literis munimentorum Privilegiis, Inscriptionibusque quibusvis bona eadem quovis modo afficientibus cedit et condescendit, omneque et integrum Jus suum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Nobilis Ulim Sielecki Skrebeczowicz Donatarii sui eiusque posterorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit et incorporavit, prout transfert, transfundit, et incorporat praesentibus. In quorum quidem bona suprascripta donata praemissaque omnia praesentis transfusa idem Recognoscens Nobilis ac Religiosus Leonty Sielecki Skrebeczowicz praefato Nobili Ulim Sielecki Skrebeczowicz Donatario suo eiusque posteris, iam ex nunc et de facto coram officio praesenti dat ac admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque Competentem et Nobiles duos die quacunque voluerit officiose accipere per ipsum Nobilem Ulim Sielecki Skrebeczowicz Donatarium suum eiusque posteros

[a] seu sortium memoratorum

fide eadem

hac eadem Bona praeserp donata cum omni Jure Dominio, pro:
prietate, competentiaque et praerogativa quavis tenendi habend
et possidend illisque quiete et pacifice Ususfruendi, ac ad suos suorumque
succorum quosvis beneplacitos Usus fructus libere et effectualiter
convertend perpetuo et aeviternis temporibus. Debetque et tenebi:
tur mutuus Recognoscens prout se ac suos succores in et sup bonis
suis quibusvis omnibusque summisque pecuniariis quibusvis habitis et habend
Suprascripto Nobili Klim Sielecki Skrebeczowicz Donatario suo inscribit
et obligat praeserp ipsum et eius succores in dictis bonis praesentis
donatis praemissisque omnibus praeserp transfusis, et rante eorundem
omnium ab omni et quovis impetitione iuridica quarumcunque perso:
narum cuiuscunque Conditionis status et sexus cuiusvis Existen:
tium ex occasione suprascriptorum modo quovis exorienda per omnes
processiones Terrestres, prout ad quamlibet personam Terris spectat et
pertinet praescriptio in omni Judicio et officio Regni semper toties quoties
opus fuerint, tueri, defendere, evincere, intercedere, et eliberare in:
demnemque eum postare reddere necnon bona praefata praeserp reni:
grata ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus prioribus et pro:
testationibus sup eisdem bonis praeserp per se Regnantem donatis, cui:
cunque personarum modo quovis factis et faciend, tum etiam a
quibusvis Citationibus sup eadem bona praemissaque omnia praeserp resigna:
ta importatis et importand luctis, denique et plurimis processibusque
Juris quibusvis in quovis puncto et gradu Juris dependend
et in quovis Judicio et officio Regni obtentis et obtinend ac sup
praemissis omnibus praeserp resignatis modo quovis productis et producend
emundare et eliberare, mundaque et libera semper facere ac
etiam Intronem praefatam Coram officio admissam praeserp in fun:
do bonorum praefatorum praeserp resignatorum dum per Nobilem et
Nobiles duos officiose requiretur non denegare imo debebit et tene:
bitur eam libere dare et effectualiter admittere, datam et admissa
eam possessionem et Usumfructum praemissorum omnium et singulorum
quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subor:
dinatas personas non impedire nec adimere ipsumque Nobilem Klim
Sielecki Donatarium suum ac ipsi succores in dictis bonis praeserp
resignatis tam in toto quam in quavis minima parte non inquieta:
ri, ita ut eadem bona praemissaque omnia cum Universis eorundem Utilitatibus

+

et Usufructibus is idem Donatarius suus cum suis poste-
ris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Donatoriae
Vigore tenere habere et possidere queat, illisq Usufrui
possit perpetuo et in aevum irrevocabiliterq. Idq sub
damnis Terrestribus simpliciter absq corporali iuramento
taxandis et edicendis per eundem Recognoscentem Vel eius
posteros Suprascripto Nobili Klim Sielecki Skrebeczowicz Dona-
tario suo aut illius posteris ob non Completionem praemisso-
rum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties
quoties opus fuerit ad Soluendum Succumbendis. Nihilomi-
nus idem Recognoscens Nobilis ac Religiosus Leonty Sie-
lecki Skrebeczowicz se ac suos successores in et super bonis suis
gntr oibus ac summis pecuniariis quibusuis habitis et haben-
dis Suprascripto Nobili Klim Sielecki Skrebeczowicz eiusq poste-
ris inscribit et obligat praedesq praefatos Nobiles Janko Iwan
et Wasil Sieleckie Skrebeczowice fratres suos germanos Vel
in euentu mortis successores illorum ad approbandam per ipsos
Inscriptionem praesentem Donatoriam Vel similem aliam
suo pro interesse faciendam, ad acta quaeuis authen-
tica Regni Vim et robur perpetuitatis in se habentia in-
fra decursum duodecem septimanarum adducere et per-
sonaliter statuere, ab eisq Vel eorum successoribq Vt prae-
missa debitae exequutioni efficere. Idq sub similibus alijs
et specialibus damnis Terrestribus simpliciter absq corpora-
li Juramento taxandis et edicendis per eundem Recogno-
scentem siue eius posteros Suprascripto Nli Klim Sielecki
Skrebeczowicz Vel eius successoribus, ob non statuitionem prae-
fatorum fratrum suorum germanorum statuendorum Vel in
euentu mortis successorum illorum pro tempore et loco su-
perius expressis ad soluendum succumbendis. Pro quibus
quidem damnis Terrestribus simpliciter absq corporali iuret ta-
xandis et edicendis modo Comisso ad soluendum succubitis ac q
re aliqua prius expressa non Completa Complendi Citatus
existens.

exas motus Regnans sive eius Successores ad Instantiam praefati Nlis Illm
Sielecki Skrebeczowicz Donatary sui aut illius Successorum ad officium
praesens Castrense Capitaneale Praemisliense exlunii recessa
Suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante Sem:
per in primo Citationis Termino tanquam peremptorio
stare Juri parere, respondere damna praefata Toreskia sim
pliciter absq. Corporali iuramento taxanda et edicenda
luere Inscriptioni huic satis facere, ac omne iudicatum
pati debebit et tenebitur; Sej ac suos Successores ad eadem
cia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum pri
mum peremptorium et alios omnes exinde Consequentes
Causae eiusdem Terminos Semper peremptorios Vera infirmi
tate pro maiori minorennitate Successorum, Legatione in:
tra vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta
ad Exercitum, Vel aliis quibusuis dilationibus, et legalibus
impedimentis non differendo, ad quietationem Clerea &
Scribatus iuxta formam Cancellariae ex primi Off. ad finem

Charzewski Trzcinskiej Cedit 1071

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosus
Franciscus Charzewski sanus mente et corpore existens
a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq. suis qui
busuis propriis et Competentibus recedendo praesenti
Vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni
quo ad actum praesentem attinet Se cum Successoribus
ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie
incorporando aliq. subijciendo palam libere publice,
ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et